

CAX. 16014^a

CAX. 2025

293



D. IO: ANTONII
BELLONI
IVRISCONSULTI TAVRINENSIS,
Et Pedemontani Senatus Praesidis Primarij.
DE IVRE ACCRESCENDI.
Tomus Secundus.

S U M M A R I V M .

1. *Ius accrescendi locum habet, cum portio vacat, sine, cum portio definit, num. 2.*
2. *Portio, quod modo dicatur vacare, seu deficere, & numer. 9.*
3. *Ius accrescendi, ut habeat locum & requisitor, ut portio vacet, sine, ut portio deficiat, & numer. 5.*
4. *Ius accrescendi non habet locum nisi portio deficiat.*
5. *Ius accrescendi non competit, nisi proprius deficiens sit.*
6. *Ius accrescendi non habet locum, ubi non est caducitas.*

Quando locum habeat ius accrescendi.

CAPVT SEPTIMVM.

Sumptum sucedit disputationis caput, sub quo videndum est, quando locum habeat ius accrescendi, sed, quia duo sunt huiusc capitis extrema, unum respiciens id, quod accrescit, alterum vero respiciens id, cui fit accessio, ideo utroque separatum tractatur. dispiiamus primo, quando locum habeat ex parte illius, quod accrescit. Generaliter autem dicere solemus, tunc habere locum cum portio vacat, & videamus, infra de hered. ingle. l. v. s. 6. ista definita, verific. fin. autem ex ius. Cod. de cad. sollempn. Mem. 42. in primis. ff. de leg. secunda, siue quod item est, cum portio deficit, & dicitur, tunc leg. tunc, s. tibi autem leg. est, verific. si vero pars, & verific. si vero nemo alius, Cod. de cad. sollempn. Et scribunt Barratt. s. testamento 5. numer. 3. verific. & intelligi, ff. de vulgar. Castrensi, in dict. 6. his ita definita, numer. 1. Alexander. in l. plan. 34. 6. ff. de leg. primo, Crois in dict. leg. re communis. numer. 70. verific. sed ipse, Gor. ad. consil. 5. 3. numer. 3. verific. numer. 7. Zuccar. consil. 5. numer. 45. verific. minus obflat. Sard. consil. 21. numer. 11. Quod tunc accidere intelligitur, & cum eam nemo capit, siue, ad eam nemo admittitur: Alioquin enim non posset hoc ius habere locum, quia, qui admittitur ad partem, facit partem, ut dicemus in loc. c.

g. 21. n. 10. Quamobrem inter iuris accrescendi requisita connumeratur illud, ut portio vacet, & secundum Claud. T. w. 4 in l. omni. numer. 1. 33. ff. ibi lo. an. Gaius. numer. 39. Cod. ipsius ad iur. per. pars. 1. siue, ut portio deficiat, & et scribunt Rebus leg. pat. ter filium 14. numer. 1. 37. ff. de ius. Dux. lib. 1. de ius. accrescendi. cap. 18. Quo sensu dicimus, ius accrescendi non habere locum, nisi portio deficiat, & ut videtur ob apud glo. in l. liber 6 homis 59. 6. si ita scriptum, in verbis pendenti, ff. de hered. m. Bald. consil. L. n. 1. vers. In contrarium, vol. 1. Zuccar. consil. 78. numer. 17. Iu. non competere, nisi proprius deficiens sit, & ut apud Sard. consil. 45. 8. aut. 20. et consil. 51. 9. n. 11. aut. 1. quid idem est, non habere locum, ubi non est caducitas, & ut videtur est 8 apud Bald. in d. l. v. s. 6. s. autem numer. 7. C. de cad. coll. Ins. in d. l. v. numer. 36. 4. quid non est, part.

Specialiter autem, quando vacare, seu deficere intelligatur, & ita, ut locum habeat ius accrescendi, si queramus, 9 coniat multiplicem esse distinctionem exhibendam: Aut enim portio vacat ex causa vocantis, aut ex causa vocati, si vocantis, aut loquuntur de dispositione testatoris, aut de dispositione legis, si testatoris, aut Ideo vacat, quia testator de ea non disponit, aut quia dispositus ex die, vel ante diem, si ideo, quia non dispositus, aut loquuntur de hereditate, aut de legato, vel fiducio commissio, &c. si de hereditate, aut non dispositus de quota, aut eam de tota.

S U M M A R I V M .

1. *Portio hereditatis nulli assignata accrescit hereditatis in aliis partibus ingens, & est, num. 2.*
2. *Institutum in dimidia hereditatis non dato coherede confitetur institutum in excesso hereditate.*
3. *Parvis appellatur totum commissum, & de alia parte non sit a testatore dispositum.*
4. *Institutum in questa non dato coherede fit heres ex aisse.*
5. *Institutum in questa non dato coherede fit heres ex aisse.*
6. *Institutum facta in questa non dato coherede traductor ad transversum.*
7. *Portio hereditatis nulli assignata accrescit institutum proprium hereditatis.*

